

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de  
Antverpiæ, 1649**

&. 12. Eiiciebat omnes &c. In Reipublicæ salutem, purgatur templum: hoc enim est corporis huius stromachus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](#)

primum Dei Ecclesiam non adierit, ut se Deo offerret, velut legitimus filius, dicereque: Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam; Cum Constantinop. lim ingressus esset (ait Diuus Chrysostomus) tuxta confusudinem & constitutio- nem hacten obsernatam, non intrauis in Eccle- siam sed egressus a nauis, pratermissis Ecclesia ve- fribus, alioqui verius est. Quam tibi felix faultumque foret, dum magis negotium mo- menti aggredieris, si prius templum adires, ecclesis Patris obtutui te sisteres, eius benedi- citionem postulares, vt dexter Deo illud exor- dieris; & eo peracto, similiter de beneficiis ac- ceptis gratias referes immortales: uno verbo, eius rogares benedictionem, & in vitam, & in mortem, exemplo Christi incitatus. Et quid de his loquemur, qui vix ecclesis huius Patris no- veunt domum, neceam admittunt, nisi velut coacti, proprii honoris ac astimationis (qua in hoc consideratur) tracti emolumento?

§. 12. Efficiebat omnes &c. In Reipublica saltem, purgatur templum: hoc enim est corporis huius stomachus.

**M. 30.** Tertiam rationem habemus ex D. Chryso- stomo nimirum, quod Christus venerit, et expertissimus, ipso acutante, medicus, quando ei reprobarant quod familiarius pecca- toribus viceret. Quibuscum conversari debet medicus, nisi cum inferni? Non est opus va- tentibus medicus. Expertus medicus, qui infir- sum suscipit curaudum, primum studet pur- gando stomacho, qui quando crudis indige- stionibus opprimitur, corporis reliquum nequa- quam potell salutem adipisci, nec quidem vi- vum in vultu colorem, nec in brachiis robur, nec in pedibus fortitudinem, nec in capite, nec in oculis vivacitatem: Medicus (inquit Diuus Chrysostomus) quando primò ingreditur ad iu- sum, statim de stomacho eius interrogat, & cum componere prius festinat. In hoc corpore my- stico, est Ecclesia seu templum, velut stomachus in corpore naturali, est autem stomachus communis officina vbi recipitur & coquuntur portio pro exteris partibus. Itaque Sacerdotes, sunt hi qui recipiunt bona crelebit, ut illa populo di- tribuant liberales. Suscipient montes pacem po- Malach 2. puto. Illi legem recipiunt, ut cibum, quem alii 7. communicent. Legem preetus requirent. Illi Matt 28. diuina Sacra menta, alias proponenda. Euntes, 48. docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Eorum

manibus communis Deus remissionem peccato- rum: Quorum remi critis peccata, remittuntur eis. Illis traditur pindendus vita cibus, & cere- ris erogandus: Quis officium committi voluit so- lis presbyteris, quibus sic congruit, ut sumant & dent easter.

Ob hoc comparat sponsus eccliesis, sua ec- chiesis sponsis ventrem, id est Ecclesiam, seu lo- cum Sacerdotum aceru tritici: Vester tuus sis- el aceru tritici. Qui in toutis Reipublica ser- vatur alimentum; Quando stomachus ille bene ci- ell euacuatus & dispositus calore ordinatus, cibos que acceptos bene digerit: o quam sane gaudet Respublica, quam pulchra tota floret Ecclesia! Omnis gloria eius filii Regis ab initio, psalit Da- uid. Sumpia metaphora ab alia sponsa, pulchra ut sol, colore viuido, rubeo, sano, & fortis quam vbi videris: insers. Optimum valet stomacho, ma- gni caloris, bene moderari, vnde hac illi procedunt. Quando viri Ecclesiastici tales sunt, qua- les eos esse decet, qui optimè Dei legem obser- vent, ritè sacramenta administrant, agant de- rationes de silentio, apud illos pauperes inuen- iant subfidiū, consolationem &c. Quando Confessarij sunt viri docti, qui probè sciunt ex- sumare conscientias, & in audiendis confessioni- bus sedulam nuant operam. Quando Pra- dictatores, magis opere quam ore concionantur. Quando Sacerdotes coram Deo adstant summo respectu, & timore filiali in choro & adhuc au- plus in altari: quam bene composita, ordinata gaudeat Respublica. Vide ergo Sacerdotti (admonet D. Chrysost.) Quomodo vos compa- nis in verbo & opere: quoniam sicut in corpore, si aliquis fuerit in firmatum membrum, non omnino languet & stomachus; Si autem stomachus languet, omnia membra inveniuntur infirma: si si ali- quis Christianorum peccatum non omnino peccat Sacerdotes: Si autem Sacerdotes fuerint inpeccati, non populus conuerterit ad peccandum (deo- nus quique Christianorum pro suo peccato reddet rationem; Sacerdotes autem, non solum pro sui, sed pro omnium peccatis redditur sunt rationem. Secundum hanc rationem (att. D. Chrysost.) ad il- lis curatio totius populi est inchoanda:

Ostendit olim Deus Ezechiel campum fa- tum hominibus mortuis, occisis, quibus nec vite 31. nec substantia reliquum supereret, ossa erant arida. Quarit ab eo Deus: viuentem ossa illa? Cui Ezechiel: O Domine, vnde: o nocturnum ego illud video, quod longissime à vita dilent. Valde bene, dicit tu illis, meo nomine. Offa- da audite verbum Domini. Loquitur Propheta ex

ore Dei, & in instanti videt omnia ossa arida si-  
bi mutuo adhaerere, vnumquodque loco suo com-  
ponit. Exemplò caro viget viua, pulchra, fortis,  
& ita fieri debebat, vt compositis & suo loco di-  
spositis, ossibus, caro viueret vegeta, sana, effec-  
tusque salutis integrissima. Ossa huius corporis  
myltici, sunt Sacerdotes (asserunt D. Augusti-  
nus, & D. Gregor) illi quippe suffitent popu-  
lum, carnem mollem, flaccidam: illi sunt Rei-  
publicæ consistentiae fundamenti. Si illi bene  
componantur suo loco disponantur, si spiritu vi-  
tae augmentur, illico totus exsurget populus in  
vitam. Hinc præcepit Deus medicis suis, quos  
ad visitandum infirmum suum populum desli-  
nabat, primam manum stomacho adhiberent ex-  
purgando. Exclamat Deus tempore Ezechielis:  
*Ezech.9.1.* Appropinquaverunt visitationes urbis. Eo accu-  
rite medici, Et à Sanctuario meo incipite Primum  
purificare stomachum à suis crudelitatibus, quibus  
corpus infirmatur. A sanctuario meo incipite. Et  
hoc ipsum agit noster coelestis Medicus, visitans  
civitatem hanc adeo languidam, vt de ea dicat  
*Isaías.* Applanat pedis, vñque ad verticem, non est  
in ea sanitas. Primum accedit ad curandum sto-  
machum, id est templum, quod crudelatibus ex-  
undabat, facilegii, furtis, leuis vñtris, ad hoc  
dat illis verberum, si gelliique minoratum, im-  
munitatè evacuet animalium, profana exhausta-  
runt anaritia, expelluntur videntes & ementes,  
profermantur mensæ, sellæ, pecuniae, tabernæ,  
&c. Ecce et omnes ementes & vendentes in tem-  
plo, & mensæ nummulatiorum, & cathedrali  
vendendum columbas euerit.

**S. 13.** Vendentes & ementes. *Adductio a-*  
*nimalium circa templum, bonum habuit*  
*principium: porro de bono educimus malum.*

**I**ntrauit Iesus templum, inuenitque illud  
prophanatum, basilicam mercatorum, men-  
sanum nummulatiorum, boum taurorumque  
stabulum, agnorum, arietumque ouile. Dices:  
detestandum scelus, non toleranda impudentia,  
facilegii irreverentia, & domum & habitaculum  
Dei facere forum tam turpe, tam abominabile:  
verum est, fateor, noueris tamen, quod hoc ex  
bono ortum sit principio, & sancta intentione:  
qua peculiarter expendunt D. Cyril. Alexand.  
& D. Hieronym. Præceperat Deus sibi placita  
offerri, nominatim omne primogenitum, ex  
quisibus, bobus & cæteris animalibus dein mil-  
lena dixerim, sacrificia. Hæc cum tanta essent,

& cuiusvis status tangerent personas, statuit hæc  
omnia in uno tantum loco, à se designando, of-  
feriti, verumtamen cum sciret Deus, eum, qui  
procul à loco designato distat, non sine magno  
labore posse ad eum locum sua deferre sacrificia,  
hæc prescripsit. Cum autem longior fuerit via, *Deut. 14.*  
*¶ locus, quem elegit Dominus Deus tuus, tibi* 24.  
*que benedicent, nec potueris ad eum cuncta hac*  
*portare, vedes omnia. ¶ in pretium rediges por-*  
*tabitque manus tua, & proficeris ad locum, quem*  
*elegit Dominus Deus tuus, & emes ex eadem pe-*  
*cunia, quidquid tibi placuerit. Perpende (ait D.*  
*Cyrill.) Dei misericordiam, qui tanto studio*  
*cunctas facilitat difficultates, aufer offendicula,*  
*lapides tollit, videturque mihi illud implere va-*  
*tis latae: Semita iusti recta est; rectus calix iusti* 1a. 26. 73.  
*ad ambulandum. Quando quippe Deus aliquid*  
*mandat arduum, ipse continuo omnes exequat*  
*difficultates.*

Hinc orcum est (tradunt prædicti SS. Patres)  
vt ad prefatum locum à Deo, ad oblationes, &  
sacrificia nominatum, magna adduceretur ani-  
malium multitu de, vt eis qui de longe veniebant  
essent ad manum, & ea in sacrificia sibi pretio  
compararent. Cum vero tandem locum hunc  
Deus designasset urbem Hierusalem, magna sol-  
licitudine inuigilarunt, vt circa festa Paschalia  
populo aduentanti prouideretur, vnde eo dedu-  
cebantur numerosi ouium greges, boum, tauro-  
rumque armenta, columba, alaque inuidæ  
volucres. Crescente vero anaritia paulatim mer-  
catores deducebant ad templum tentoria sua, vt  
ea meliori loco stauerent, & qui maiori polle-  
bat auctoritate, propius accedebat, donec ea  
tandem in templum ipsum inuicerent. Quia  
vero aliqui sine nummis veniebant, alij cum  
nummis, sed diversæ imagini ab iis qui vñ recipiebantur, intermixebantur campores, qui eos  
certo lucro (ait D. Hieronym.) vel mutabant,  
vel permutabant, proinde ad hoc mensas num-  
mulatias erigebant Ita vt, id quod primum erat  
blandum religiosis & suave misericordia opus  
à Deo ordinatum, paulatim degeneraret in fa-  
cilegium, rapinam, templi inhonorationem,  
crudelem pauperum deceptionem sub titulo  
cambiorum, & qui initio temporis p̄ij erant ac-  
religiisi, postmodum euaserint larones, hoc  
eos nomine Christo compellante: *Splendor li-*  
*trorum*

O cor humanum, quod nedum malum sis  
in malo, verum & in bono, & tam persersum, 33  
vt quantumlibet bonum sit opus, illud perver-  
sus, & transmutes in malum, & ex medicina Homines

*SS. & haurias omnia.*